1706 in post haben dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus: Per ipsam itero Elisabetham Duninowna Rostecka, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros, eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium, cum Universis eorum Utilitatibus, et Usufructibus, competentiisque et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos, suorumque Successorum quosvis bene placitos usus fructus, libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Godlewska abrenuntiat.

130 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Ilis Elisabetha Duninowna Rostecka, Nobilis Francisci Dunin Rostecki de Palatinatu Cracoviensi Districtu Sandecensi cum Nobili Eva Cristina Stavierowska de Districtu Lukoviensi Consorte Legitima procreata filia Nobilis vero Ioannis Michaelis de Godlewo Godlewski, Gnosi Ioannis Godlewski, cum Gnosa olim Elisabetha Chylinska Consorte ipsius Legitima procreati filii Consors Legitima, sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui etiam Tutoris Coniugalis personali assistentia et

vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu de Bonis paternis et Maternis se Recognoscentem Iure Di- 1707
uino et naturali in vim dotis et expeditionis concernen(:Exceptis Successionibus quibusuis, ips post quasuis personas consanguineas legitimè seruien:) accepta per manus suprascriptorum Parentum suorum ratione praefatae dotis et expeditionis totali, reali, et sufficienti satisfactione abdicat, et abrenuntiat perpetuo, et in aeuum, de eadem dote et expeditione de Bonis et praemissis et paternis et maternis realiter percept eosdem Parentes suos, et eorum Successores aliosque quietat. Itaque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Modrzeiowski Conuentui Praemysliensi RR Carmelitarum Discalceatorum inscribit in vim Reemptionis. 1307

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Andreas Modrzeiowski, Pocillator Syradiensis Capitaneus Medicensis, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, secum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognouit Quia ipse accepta realiter y leuata Summa Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, de manibus Religiosi in Christo